UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum maxime impediat rationis vsum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

ſtante, cui quidem triſtitię remedium adhibetur per
vindictam: & ideo ad præſentiam uindictę delelecta
tio ſequitur, & tanto maior, quanto maior fuit triſti
tia. Si igitur vindicta fuerit præſens realiter, fit perfe
cta delectatio, quę totaliter excludit triſtitiam, & per
hoc quietat motum iræ: ſed antequam uindicta ſit
præſens realiter, fit iraſcenti præſens dupliciter. Vno
mō per ſpem, quia nullus iraſcitur niſi ſperans uin-
* q.46. ar.1 dictam, vt ſupra dictum eſt.* Alio mō, ſecundū con
tinuam cogitationem: vnicuique.n. concupiſcēti eſt
delectabile immorari in cogitatione eorum q̄ cōcu
piſcit: pp quod ēt imaginationes ſomniorum sūt de
lectabiles. & ideo cum iratus multum in animo ſuo
cogitet de nindicta, ex hoc delectatur, tñ delectatio
nō eſt pfecta, q̄ tollat triſtitiā, & per conſequens irā. B

Ad primvm ergo dicendum, quòd non de eodē
iratus triſtatur, & gaudet, ſed triſtatur de illata iniu-
ria: delectatur autem de uindicta cogitata & ſperata.
vnde triſtitia ſe habet ad iram ſicut principium, ſed
delectatio ſicut effectus, vel terminus.

Ad secvndvm ergo dicendum, quod obiectio
illa procedit de delectatione, quæ cauſatur ex reali
præſentia uindictę, quæ totaliter tollit iram.

Ad tertivm dicendum, ꝙ delectationes pręcedētes impediūt ne ſequat̄ triſtitia, & ꝑ cōſequēs im
pediūt irā: ſed delectatio de uindicta cōſequit̄ ipſā.

Articvlvs II.

Vtrum ira maximè cauſet feruorem in corde.

Ver.q.26. arti.3.c.fi. Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, quòd
feruor nō ſit maximè effectus iræ. Feruor.n.
ſicut ſupra dictū eſt, pertinet ad amorem: ſed amor,
* q.28.art.4. ſicut* ſupra dictum eſt, principium eſt & cauſa om
nium paſſionum. cum ergo cauſa ſit poiior effectu,
uidetur quod ira non faciat maximè feruorem.

¶2 Præt. Illa, quæ de ſe excitant feruorem, per tem-
poris aſſiduitatem māgis augentur, ſicut amor diu-
turnitate conualeſcit, ſed ira per tractum temporis
debilitatur. dicit.n. Phil. in 3. Rheto. * quòd tempus
quietat iram. ergo ira non propriè cauſat feruorem.

¶3 Præt. Feruor additus feruori augmentat feruo-
rem, ſed maior ira ſuperueniens facit iram miteſce-
c.3. poſt medium, to.6. re, ut Phil. dicit in 2. Rhe. ergo ira nō cāt feruorē.

Sed contra eſt, qđ* Da. dicit, ꝙ ira eſt feruor
ei⁹, q circa cor eſt sāguinis, ex euaporatiōe fellis fiēs.

* Ca.3. a me. tom.6. Respon. Dicendum, quòd ſicut* dictum eſt,
* Dama. li.2. fidei Orth. c. 26. in prin. corporalis trāſmutatio, quæ eſt in paſſionibus aīæ,
proportionatur motui appetitus. Manifeſtum eſt āt,
* q.44. art.1. ꝙ quilibet appetitus etiam naturalis, fortius tendit ī
id, quod eſt ſibi contrarium ſi fuerit præſens: unde
uidemus, ꝙ aqua calefacta magis congelatur, quaſi
frigido uehementius in calidum agente. Motus aūt
appetitiuus iræ cātur ex aliqua iniuria illata, ſicut ex
quodam contrario iniacente: & ideo appetitus potiſ E
ſime tendit ad repellendum iniuriam per appetitum
uindictæ, & ex hoc ſequitur magna uehementia, &
impetuoſitas in motu iræ. Et quia motus iræ nō eſt
per modum retractionis, cui proportionatur frigus:
ſed magis per modum inſecutionis, cui proportio-
natur calor, conſequenter fit motus iræ cauſatiuus
cuiuſdam feruoris ſanguinis & ſpirituum circa cor,
quod eſt inſtrumentum paſſionum animæ. & exin
de eſt, quòd pp magnam perturbationem cordis, q̄
eſt in ira, maximè apparent in iratis indicia quædam
Ca.31. circa med. in exterioribus membris. vn̄ Greg. dicit in 5. Mo-
ral. Iræ ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus
tremit, lingua ſę præpedit, facies igneſcit, exaſpe-
A rantur oculi, & nequaq̄ recognoſcuntur noti, ore q
dē clamorē format, ſed ſenſus quid loquat̄, ignorat.

Ad primvm ergo dicendum, quòd amor ipſe
non ita ſentitur, niſi cum eum prodit indigentia, ut Circa fi. lib.
Aug. dicit in 10.* de Trin. Et ideo quando hō patit̄ tom.3.
detrimentum amatæ excellentię propter iniuriam
illatam, magis ſentitur amor: & iō feruētius cor mu
tatur ad remouendum impedimentum rei amatæ,
ut ſic feruor ipſe amoris per iram creſcat, & magis
ſentiatur. Et tñ feruor qui conſequitur calorem, alia
rōne pertinet ad amorem, & ad iram. Nam feruor a-
moris eſt cum quadam dulcedine & lenitate. eſt.n. in
bonum amatum: & iō aſſimilatur calori aeris & ſan
guinis, pp quod ſanguinei ſunt magis amatiui: & dr̄
B ꝙ cogit amare iecur, in quo fit quędam generatio
ſanguinis. Feruor autem irę eſt cum amaritudine ad
conſumendum, quia tendit ad punitionem contra
rii, unde aſſimilatur calori ignis & choleræ. & pro-
pter hoc Dam.* dicit, ꝙ procedit ex euaporatione Li.2. Ortho. fidei, c.16.
fellis, & fellea nominatur.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ oē illud, cuius cā
per tempus diminuitur, neceſſe eſt ꝙ tempore debi
litetur. Manifeſtum eſt aūt quòd memoria tempore
diminuitur; quæ.n. antiqua ſunt, a memoria de faci-
li excidunt. Ira autem cātur ex memoria iniuriæ illa-
tæ; & ideo cā iræ per tempus diminuitur paulatim,
quouſque totaliter tollatur. Maior ēt ur̄ iniuria, qn̄
primò ſentitur. & paulatim diminuitur eius æſtima
C tio ſecundum quod magis receditur a præſenti ſen
ſu iniuriæ. Et ſimiliter etiam eſt de amore, ſi amoris
cauſa remaneat in ſola memoria. unde Phil. dicit in
8. Eth * ꝙ ſi diuturna fiat amici abſentia, vr̄ amicitię Ca.5. nō procul a prin.
obliuionem facere, ſed in pręſentia amici ſemper ꝑ
tempus multiplicatur cā amicitiæ, & iō amicitia cre
ſcit. Et ſimiliter eſſet de ira, ſi continue multiplicare-
tur cā ipſius, tñ hoc ipſum, ꝙ ira cito conſumitur,
atteſtatur uehementi furori ipſius. Sicut enim ignis
magnus cito extinguitur conſumpta materia, ita
etiam ira propter ſuam uehementiam cito deficit.

Ad tertivm dicendum, quòd omnis uirtus di
uiſa in plures partes, diminuitur: & ideo quando ali
D quis iratus alicui, iraſcitur poſtmodū alteri; ex hoc
ipſo diminuitur ira ad primum, & præcipue ſi ad
ſecundum fuerit maior ira. nam iniuria quæ excita-
uit iram ad primum: uidebitur comparatione ſecun
dæ iniuriæ, q̄ æſtimatur maior, eſſe parua, uel nulla.

Articvlvs III.

Vtrum ira maximè impediat rationis uſum.

Ad tertivm ſic proceditur. Vr̄, quòd ira non Infra arti. 4. cor. & 2.2.q.
impediat rōnem. Illuđ.n. qđ eſt cū rōne, non 41.ar.2. ad 3.
ur̄ eſſe rōnis impedimentum, ſed ira eſt cum rōne, & q.157. art.
ut dicitur in 7. Ethi.* ergo ira non impedit rōnem. 4.co. & mal. q.12. art.1.

E ¶2 Præ. Quanto magis impeditur rō, tanto diminui Li.7. Ethi.c. 6. circa pric.
tur manifeſtatio: ſed Philoſ. dicit in 7. Eth. † quòd ira Li.7. eth.c.6.
cundus non eſt inſidiator, ſed manifeſtus. ergo ira circa med.
non uidetur impedire uſum rationis, ſicut concupi Loco nūc dicto.
ſcentia quæ eſt inſidioſa, ut ibidem * dicitur.

¶3 Præ. Iudicium rōnis euidentius fit ex adiunctio
ne, contrarii. quia contraria iuxta ſe poſita magis elu
ceſcūt, ſed ex hoc ēt creſcit ira. dicit.n. Phil. in 2. Rhe. Li.2. Rhet.c.
† quòd magis hoīes iraſcuntur, ſi contraria præexi 2. poſt med.
ſtunt. ſicut honorati ſi dehonotentur, & ſic de aliis. tom.6
ergo ex eodem ira creſcit, & iudicium rationis adiu
uatur. non ergo ira impedit iudicium rationis.

Sed contra eſt, quod Grego.* dicit in 5. Mor. Li.5. moral.
quòd ira intelligentiæ lucem ſubtrahit, cum men- cap.31. circa prin.

tem

tem permouendo confundit.

Respon. Dicendum, quòd mens uel ratio, quamuis non utatur organo corporali in ſuo proprio actu, tñ quia indiget ad ſui actũ qbuſdã uiribus ſenſitiuis, quorũ actus impediuntur corpore perturbato, neceſſe eſt quòd perturbationes corporales etiam iudicium rationis impediant, ſicut patet in ebrietate & ſomno. [Ar. præced.] * Dictum eſt autem, quod ira maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut ẽt uſque ad exteriora membra deriuetur; unde ira inter cęteras paſſiones manifeſtius impedit iudicium rationis, ſecundum illud pſal. 30. Conturbatus eſt in ira oculus meus.

Ad primum ergo dicendum, quòd a rõne eſt principiũ iræ quantũ ad motum appetitiuũ, qui eſt formalis in ira, ſed perfectum iudicium rõnis paſſio iræ præoccupat, quaſi nõ perfecte rõnem audiẽs pp commotionẽ caloris ualociter impellẽtis, q̃ eſt materialis in ira: & q̃tũ ad hoc impedit iudiciũ rõnis.

Ad secundum dicendum, quòd iracundus dr̃ eſſe manifeſtus, non quia manifeſtum ſit ſibi quid facere debeat, ſed quia manifeſte operatur, non quærens aliquam occultationem, quod partim contingit propter impedimentum rationis, quæ non põt diſcernere quid ſit occultandum, & quid manifeſtãdum, nec etiam excogitare occultandi uias; partim uerò eſt ex ampliatione cordis, quę pertinet ad magnanimitatem, quam facit ira. unde & de magnanimo [C. 3. a med.] Phil. dicit in 4. Ethi. * quod eſt manifeſtus oditor, & amator, & manifeſte dicit, & operatur. Cõcupiſcentia autem dicitur eſſe latens, & inſidioſa, quia ut plurimũ delectabilia, quæ concupiſcuntur, habẽt turpitudinem quandam, & mollitiem, in quib. hõ uult latere: in his aũt quæ ſunt uirilitatis & excellentiæ, cuiuſmodi ſunt uindictæ, q̃rit hõ manifeſt⁹ eſſe.

[q. 46. ar. 4] Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt, * Motus iræ a ratione incipit; & ideo ſm idem appoſitio contrarii ad contrarium adiuuat iudicium rationis, & auget iram. Cùm enim aliquis habet honorẽ uel diuitias, & poſtea incurrit alicuius detrimẽtum, illud detrimentum apparet maius, tũ propter uicinitatem contrarii, tũ quia erat inopinatũ, & iõ cãt maiorem triſtitiam. Sicut etiam magna bona ex inopinato uenientia cãnt maiorẽ delectationẽ, & ſm augmentũ triſtitiæ præcedentis, cõſequẽter augeť & ira.

Articvlvs IIII.

Vtrum ira maxime cauſet taciturnitatem.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd ira non cauſet taciturnitatem. Taciturnitas. n. locutioni opponitur, ſed per crementum irę uſque ad locutionem peruenitur, ut patet per gradus irę, quos Dominus aſſignat Matth. 5. dicens. Qui iraſcit fratri ſuo, & qui dixerit fratri ſuo, Racha: & qui dixerit fratri ſuo, fatue. ergo ira non cauſat taciturnitatẽ.

¶ 2 Præt. Ex hoc ꝙ cuſtodia rationis deficit, contingit ꝙ homo prorumpat ad uerba inordinata. unde dicitur Prou. 25. Sicut urbs patens, & abſque murorũ ambitu, ita uir qui non poteſt cohibere in loquẽdo ſpiritum ſuum, ſed ira maximè impedit iudiciũ rationis, ut dictum eſt. [Articu. 3.] * ergo facit maximè profluere in uerba inordinata. non ergo cãt taciturnitatem.

¶ 3 Præt. Matth. 12. dr̃, Ex abundantia cordis os loqtor, ſed per irã cor maximè perturbať, ut dictũ eſt. ergo maximè cãt locutionẽ. nõ ergo cãt taciturnitatẽ.

[Cap. 31. non procul a fi.] Sed contra eſt, quod Gre. dicit in 5. Mor. * ꝙ ira per ſilẽtium clauſa, intra mẽtẽ uehementius æſtuat.

F Respon. Dicendum, quòd ira, ſicut iam dictum eſt, * & cum ratione eſt, & impedit rationem: & ex utraque parte poteſt taciturnitatem cauſare. Ex parte quidem rationis, qñ iudicium rationis intantum uiget, quòd etſi non cohibeat affectum ab inordinato appetitu uindictæ, cohibet tamen linguam ab inordinata locutione. unde Greg. * in 5. Moral. dicit: Aliquando ira perturbato animo, quaſi ex iudicio ſilentium inducit. Ex parte uerò impedimenti rationis, quia ſicut dictum eſt, * perturbatio iræ uſque ad exteriora membra perducitur, & maxime ad illa membra, in quibus expreſſius relucet ueſtigium cordis, ſicut in oculis, & in facie, & in lingua: unde, ſicut dictũ eſt, * lingua ſe præpedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi. Poteſt ergo eſſe tanta perturbatio iræ, quòd G omnino impeditur lingua ab uſu loquendi, & tunc ſequitur taciturnitas.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ augmentum irę qñq; eſt uſq; ad impediẽdum rationem a cohibitione lingue: qñque autem ultra procedit uſque ad impediendum motum linguæ, & aliorum mẽbrorum exteriorum. Et per hoc ẽt patet ſolutio ad Secũdum.

Ad tertivm dicendum, quòd perturbatio cordis quãdoque poteſt ſuperabundare vſque ad hoc, quòd per inordinatum motum cordis impediatur motus exteriorum membrorum, & tunc cauſatur taciturnitas, & immobilitas exteriorum membrorum, & quandoque etiam mors. H Si autem non fuerit tanta perturbatio, tunc ex ſuperabundantia perturbationis cordis ſequitur oris locutio.

Qvaestio XLIX.

De habitibus in generali, quò ad eorum ſubſtantiam, in quatuor articulos diuiſa.

Post actus & paſſiones conſiderandum eſt de principiis humanorũ actuũ. Et primò de principiis intrinſecis. I Secundò, de principiis extrinſecis. Principium autem intrinſecum eſt potentia & habitus: ſed quia de potentiis in prima parte dictum eſt, * nunc reſtat de habitibus conſiderandum.

Et primò quidem in generali. Secundò uerò de uirtutibus & uitiis, & hmõi aliis habitibus, q̃ sũt humanorum actuum principia. Circa ipſos aũt habitus in generali, quatuor conſideranda ſunt.

¶ Primò quidem; De ipſa ſubſtãtia habituum.

K ¶ Secundò, De ſubiecto eorum.

¶ Tertiò, De cauſa generationis augmenti & corruptionis ipſorum.

¶ Quartò, De diſtinctiõe ipſorũ.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum habitus ſit qualitas.

¶ Secũdò, Vtrum ſit determinata ſpecies qualitatis.

¶ Tertiò, Vtrum habitus importet ordinem ad actum.

¶ Quartò, De neceſſitate habitus.

¶ *Super quæſtio. quadrageſimanonæ articulum primum.*

In corp. artic. 1. quæſtio. 49. diſcutienda eſſet natura habitus prædicamenti, & poſt prædicamenti, quòd q̃a alterius eſt negotii, ideo uel ad particularẽ quæſtionem, uel ad ſecundũ Metap. ſpectabit. propoſito enim præſenti ſat eſt habitum diſcutere, de quo eſt ſermo, cuius diffinitio ex 5. Metaph. affertur i litera. ſ. quòd eſt diſpoſitio qua bene, uel male diſponitur diſpoſitum ſecũdum ſe, uel ad alterum: quam diffinitionem mandabis memoriæ, & figes in ea aciem intelligentię: quoniam ex ea uidebis tot habitus conditiones, quot natura illius illuceſcet, ut patebit.

¶ In reſponſione ad tertiũ in eodem, incipe ex iam dicta diffinitione colligere. ex eo namque quòd habitus eſt diſpoſitio, & diſpoſitio eſt ordo habẽtis partes &c. conſequẽs eſt, ꝙ habitus ſit ordo habentis partes. cũ autem audis ordinem, non intelligas reſpectum ordinis, ſed ei⁹

radi-